



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Annalivm Trevirensium

Masen, Jacob

Augustae Trevirorum, 1676

Liber I. De Trevirorum Principatu ante Christum natum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12542

LIBER I.

DE TREVIRORUM PRINCIPATU ante Christum natum.

Treviri olim
inter Gallo-
belgas.

Galliarum
altera Cifal-
pina, altera
transalpina.

Trevirorum
amplissima
olim regio.

a Com. lib. 5.

b Id. lib. 4.
c lib. 6.

Belgarum populi inter Gallos eximia quondam virtute celebrati, suo, ut supra vidimus, complexu Treviros attingere; adeo quidem, ut inter Gallos emerent Belgæ, inter Belgas Treviri.

Gallorum duplex natio, cisalpinorum prima, Romanis sic dicta, quod cis alpes in Italia se gremium belator olim populus insudisset, transalpinorum, occidentem inter septentrionemque, altera; quæ in tres divisa partes, Gallobelgas intra Mosæ, Sequanæ, Matronæ, Mosellæ, Scaldis, & Rheni alveos claudebat: pugnam maximè gentem, quod assiduis pro Rheni possessione bellis, cum Germanis, barbarisque nationibus, ad fertilitatem horum agrorum aspirantibus, colliderentur, nec probandæ virtutis inter armorum exercitamenta seges unquam deficeret, quam nisi bellandi disciplina potiores Romani, totiusque orbis viribus incubuissent, superaturi nunquam fuissent. Sed Romanis terrarum, aliquando Dominis sub Christi adventum futuris, hæc invideri gloria non debuit, ne quibus Christianæ fidei Ecclesiæque toto orbe destinatum erat imperium, hi temporalis regni potestate atque honore destituerentur; cum longè minus sit armis, quàm religione eminere.

Porro Trevirorum in Gallobelgis olim principatus, à Lingonibus, Nerviiisque, ac Rhemensibus, per Eburonum ac Tungrorum fines, longè ad inferiorem Belgicam, atque inde per Mosam ad Clivos usque Rheenumque pertinebat, tum quod fatente Cæsare *a* Arduenna silva per medios Trevirorum fines porrecta sit; tum quod Eburones Condrusique finitimi eorum sese clientelæ addixerint *b* memoretque idem Cæsar *c* pontem in Trevi-

Treviris extruxisse sese adversus Suevos Sicambrosque in oppositam Ubiorum regionem, iis ubi nunc Agrippinatum ripa locis est. Uti etiam in Trevirici equitis sepulchrali cippo hac ætate Burungi * infra ubios re- * *VVoringen* perto, argumentum haud sanè obscurum nobis reli- *Gelen, in Sa-* ctum est. *cr. p 198.*

Prima verò quæ de hac gente in veterum Annalibus memoratu gloriosa produntur. Hæc T. Livius, *d Dec. 1. l. 5.* nus, *e Strabo, f Polybiusque, g non uno loco prodi-* *e Dec. 4. l. 8* dère, ut cum celeberrimæ illius meminere expeditio- *e lib. 24.* nis, quam Brennus Gallorum, sive Galatarum, Dux, *f l. 4. & 12.* trecentis facile stipatus armatorum millibus, inter *g. lib. 2. & 4.* quos Trocmi, Tolistobogii, ac Tectosages numeran- tur, in orientem suscepit, olympiade, ut ferunt, 124. an- no ante partam cum Christo salutem 270. Quandoqui- dem ut fertilitate hominum hæc abundat regio, libera- Anno ante Chr. 270. tury patriam diversi Principes, alii cum ingenti multi- Galli olim in diversas re- giones, Ita- liam & Ori- entem effusi, in Pannoniam Græciamque infusi sinus, divisus agmini- bus commodas sibi armis sedes quærendas esse statue- runt. Cum legi necessitatis lex nulla proprietateque terrarum præscribat, fatiusque, quod gladiis parandum est, inter peregrinos, quàm affines quærat.

Ex his igitur Leonorius Luthariusque secessione à Brenno facta, cum XX. millibus Gallorum, oram sibi *Pol. l. 4.* Propontidis denique vestigalem latè fecère, atque inde auxiliares Nicomedi Bithyniæ Regi adversus Zybeam facti, tantum Asiæ intulère terroris, ut quidquid cis Tau- rum incolarum esset, haud gravatè advenarum impe- Oriens inter Gallos victo- partiti regiones, Trocmis Hellesponti ora data, Toli- re divisus. stobogiis Æolis & Jonia, Tectosagibus mediterranea Asiæ loca celsère.

A Belgio * Galatarum Duce contra Prolomæum * *alii Belgio* Ceraunum Macedonum Regem, solum in pluribus re- sistere ausum, majori etiam gloria, at felicitate terra- rum obyentium impari, certatum est. Nam licet in- terecepti

Treviri in Gallogræcia seu Galatia subsistere.

Com. ad Gal. l. 2.

Victores aliorum foris, domi postea à Rom. victi.

Anno V C. 628. ante Chr. 123.

tercepti Ptolomæi caput infixum lanceæ ad ludibrium terroremque circumtulit; tamen Sosthenes in folium substitutus, arma non deposuit, ut Brennus ipse huic denique frangendo vim omnem roburque exercitus collectum impenderit. Et verò optando Gallis exitu, nisi post expilatum sacrilegè Delphici Apollinis fanum, ingenti ab Ætolis Phocensibusque clade multati, cecidissent. Ex quibus superstites, alii Tectosagum auro graves repetiere patriam, sed oborta vexati lue, non, nisi merso in Tholosanum lacum auro, liberari potuere: alii in Asiam reversi Ancyraque Phrygum potiti oppido, supra Sangarium & Halyn amnes posuere sedem, Gallogræci, ac dein etiam Galatæ nuncupati, quos Trevirorum sermone usos, utriusque inspector populi D. Hieronymus testatur, ut hinc constet, Treviros inter hos orientis expugnatores jure armorum censer.

Verum, ut suis respubiicæ ac regna, tanquam mortalia quædam corpora, morbis mutationibusque obnoxia sunt, nec nisi certis annorum periodis & nascuntur, & consistunt, & occidunt, ita & Galliarum ac Trevirorum reipubiicæ, quondam suis incrementis florenti dominantique nationibus ceteris, denique inclinata fortunâ ac viribus, sub aliorum potestate vivendum fuit.

Romani enim illam, quam à Gallis didicerant Alpium superandarum viam, sibi vicissim, quamvis post aliquot ab occupata Italia oppugnatoque Capitolio fecula, tentandam censuere. Occasionem justis, ut rebantur belli, ab oppugnatis Massiliensibus, qui in fide Romanorum erant, accepere, atque in horum invasores Salvios, auxiliaresque Allobrogum copias arma, M. Fulvio Flacco & C. Sextio, Ducibus sumpsere. Ibat tunc annus Urbis conditæ 628. ante Christum 123. quando Fulvius bellum exorsus, quod surrogatus anno insequenti Sextius victor absolvit, primusque in urbem, quam hodie dum Aquas dicimus, ob copiosam è calidis frigidisque fontibus scaturiginem, coloniam Rom. duxit, suo ex nomine Aquas Sextias nuncupatam. Hinc deinde

deinde Romanis ex Gallorum dissidiis quaesita oblataque fuit latius proferendi imperii opportunitas. Nullam enim re magis quam discordiam gentium res accrevit Romanorum, peritura non aliter, nisi ex eodem quonatae sunt dissensionis mutuae fonte. Hinc Taciti pro Romanis olim votum fuit. *Maneat queso, duretque gentibus, si non amor nostri, certe odium sui, quando urgentibus imperii fatus, nihil iam fortuna prestare majus potest, quam hostium discordiam.* Aveni * igitur Galli * vel Alcum Aeduis, * nunc Burgundionibus in Romanorum societatem admissis, ob Galliae principatum collisi, utrorumque in se arma vertere, ingentique a Fabio Maximo bello fracti sunt. A quo, post Bituitum Regem centumque viginti armatorum profligata millia, partem non modicam Galliae Romani factam juris arbitrantur. Trevirenses vero cum Aeduis, quibus adhaesisse creduntur, sociorum in libertate subistere.

Cimbrorum subinde ex Oceani septentrionalis insulis trans Rhenum infusa natio, cum intra Mosam Scaldimque subsisteret, viresque Belgarum fortiores, quam ut in penitiora se Galliae viscera infunderet, experiretur, impedimentis cum sex suorum millibus, eodem, ubi nunc Andoverpia est, loci relicto, in Illyricum regressa, Cn. Carbonem, acie totam victum, copiis omnibus exiit; ac subinde late sui nominis terrore sparso, in Galliam Hispaniamque magna passim vastitate agrorum grassata est. Quam nec Treveri calamitatem vitare potuerunt. ut in armis, sic in dandis accipiendisque cladibus (cum Rheni claustra hostibus patuissent) nunquam postremi. At Cimbrum demum Germanis sociati, postquam aliquoties Rom. victores quinque consulares exercitus, & M. Manlium atrocissimam pugnam confecerunt, duobus praeliis a C. Mario ad Aquas Sextias anno V. C. 651 fracti ac denique insequenti, junctis Catuli legionibus, in Alpium faucibus, 140. hominum millibus fatis penitus, deleti sunt, Belgis hanc illuviam hominum, magna semper virtute propulsantibus. Subinde apud Treviros,

ante

Aqua Sextia
Colonia
Rom. prima
in Galliis.

De mor. Ger.

vel Al-

verni,
* vel Heduis

A Cimbris
Rhenum su-
perantibus
oppugnati.

Anno V. C.
640. ante
Chr. III.

Romani
Cimbrorum
demum vi-
ctores.
An. V. C. 651.
ante Chr. 100.

ante Jul. Cæsaris adventum, magna quies, aut certe nulla memorabilis belli memoria fuit, quod hinc Romanos, in Narbonensi Gallia subsistentes, inde Germanos, mutua offensionis formido mediis his finibus arceret. hostisque utrimque in vicinia non speratam faceret securitatem.

Verum nativo soli ingenio Gallorum inquieti gens, causis inter se bellorum quæsitis collisa est. Cum enim Ædui Romanorum societate freti, principatum Galliarum tenerent supremum, reliquis clientum jure addictis; Sequani hanc illis gloriam autoritatemque prærepturi, cum propriis se viribus, jam aliquot bellorum experimentis, impares sentirent Ariovistum contra illos Germanorum Regem in armorum societatem vocarunt, cujus auxilio, Treviris nequicquam obnitentibus, potiores, Ædus in clientelam transeuntibus, principatum, mutatâ sorte, ademere; sed brevi contentionis fructu,

Ex contentione Gallorum Ariovistus Germ. Rex Sequanis ponitur.

Cæsar, l. 1. c. 6. Nam Ariovistus cum Sequanorum partem, in victoria præmium, occupasset, denique jam firmatis abundè sedibus, explicatisque latius, ut in fabulis echinus ad nidum leporis admissus, armis, Harudum adjutus manu, reliquum agrorum insedit.

Treviri Eburonum & Condrusorum clientela firmantur. Interea & Treviri rebus suis firmandis intenti, cum reliquiæ Cimbrorum Advatici utramque Sabis, nunc Sambræ fluminis ripam insedissent, atque Eburones Condrusosque, sive Leodios Hujosque, cum vicinis, bello premerent, hos in fidem clientelamque suscipere, munna deinde armorum societate defensi, pacto, ut Treviris glorioso, ita Eburonibus non indecoro, cum honesta sit servitus, quæ libertatem non eripit, sed tuetur.

Ariovistum dominandi libido jam in Sequanis quiescere nequaquam patiebatur, unde & Æduos Romanorum fidem implorantes aggressus, his cunctantibus non mediocriter atterebat; sed & Helvetii expeditionem in Galliâ, adversum Romanos, ut apparebat, moliebantur. Julio igitur Cæsari, ingenio bellandiq; arte instructissimo, hæc provincia, & insolenti quidè hætenus Tribunitiâ

Vatini

Vatini lege, in quinquennium mandatur. Is, ne plures simul in se hostes converteret, licet Divitiacus Æduorum princeps contra Ariovistū auxilia posceret, hunc tamen ut Regē amicūq; agnoscerent, Romanis autor fuit. Verum Helvetiis anno V. C. 695, ingenti apud Æduos cæde profligatis, cum Ædui Treverique Cæsari faverent, accersitum & venire detrectantem Ariovistum victricibus pariter armis oppressit. Quæ res Senones, Suevorum pugnacissimam inter Germanos nationem, ingenti ad Rheni ripam exercitu jam contra Treviros stantes, fortique, post casum Helvetorum & Ariovisti, jam suæ metuentes, retrò ferre pedem coëgit, non sine lauris Trevirorum, ac Rhenicolarum, terga prementium, spoliis.

Ariovistus vincitur, Suevis retrocedentibus.

Subinde ad hoc Cæsar incumbendum ratus, ut conciliatis inter se Gallicorum Principum factionibus, quietem genti, fidemque Romanis præstandam suaderet, per Lingonas Leucosque flexo itinere, exercitum ad Sarræ fluminis castra, hodie dum suis vestigiis nota, Trevirorum in fines traduxit. Remorum deinde urbem Galliciarum voluit esse principem, cui jus indicendi regundique esset comitii, in quo de summa rerum deliberarent. Ita videlicet cum Remis ceteros se in potestate facilius Cæsar habiturus credebat. Et Treveri quidem neque Remensibus invidabant, neque obluetabantur Cæsari. At Sueffiones, quorum Dux Galba, Bellovacos, Nervios, Atrebatelque tantis secum copiis in belli societatem, pro libertate adversus Romanos, traxere; ut licet Cæsar alio Gallorum, præter Italos, milite, in primisque valido Trevirorum equitatu obmunitus staret: ad Axonam tamen flumen in castris hæreret, nec prælii discrimen auderet subire. Denique ab hoste spretus derisusque ignominiam non tulit. Educto tamen milite, equestri solum prælio, quo sæpius ante concurrerant, decertatum est; quod paludes explicatam plenè aciem non admitterent. At Belgas (quos ferro perumpere non poterat) mora, & comæatus, in tanta multitudine, inopia disjecit.

quibus! lauta Trevirum spolia referunt.

Cæsar apud Treviros socios Rom. castra metatur.

Cæsari Sueffiones & Belgæ se infelici exitu opponunt.

B

Quos

Quos ad propria redituros, aggressus à tergo Cæsar in confusionem fugamq; verjit, exitumq; non paucis revertentium interclusit. Quibus consultius fuerat, aut venisse nunquam aut de immaturo reditu non cõgitaſſe.

An. V. C. 696.
ant. Chr. 55.

Insecutus porrò Cæsar, ac seorsim sua in ditione cõgressus singulis, facilem victoriam habuit, Eburones Condrusique temeritatem, quã à Trevis abierant, magnã clade expiarunt, Bellovacii & Ambiani in juratam Rom. fidem abiere, Nervii soli restitère pertinacius. Qui Cæsarem adventantem, cum plenis excipere castris non auderent, ex silvarum latebris tanto furore adorti sunt, ut passim imparatos confusosque Rom. ingenti clade sternerent, ideòque Trevirorum equitatus, ceu desperatis jam rebus, se domum unde venerat recipere, quàm pugnae, in qua nec vinci, nec vincere gloriosum, insistere pertinaciter, maluit. At Cæsari, nec in tanto discrimine animus consiliumve defuit. Quare instauratis, animatisque ut poterat ad fortiter pugnandum ordinibus, raptò à novissimo militum scuto in primam sese aciem ingerit, exemploque pugnantes trahit, dum Labienus ex castris Nerviorum jam occupatis, sub

Trevericus
equitatus
Cæsarem de-
stituit.

Vicit tamen
singulari for-
titudine, Bel-
gasque sub-
jecit.

V. C. 697.
Ant. Chr. 54.

Insequenti anno qui fuit V. C. 697, Veneti in Gallia maritimæque ad Oceanum Britannicum gentes libertatis studio, admissum Rom. jugum excutere nequicquam conatæ, Cæsaris industria, armisque premuntur. Treveri etiam hæcenus libertate & jure sociorum freti, cum oppressis ceteris, paria formidarent, federum bellorumque novorum cum finitimis consilia, Labieno superveniente, dissimulare coacti sunt, illo, ut hospite amicoque, in urbem recepto. Interea Romæ anno proximo V. C. 698, Pompejo & Crasso Coss. in alterum quinquennium Cæsari Galliarum imperium prorogatum.

Treviri servi-
tutis metu à
Rom. alieni,
eos tamen a-
micè accipi-
unt.

tum est, auctaque copiae, quae ad 63000. praeter magnam Sociorum & federatarum urbium vim, accessere, Gallicanisque militis una legio, quam Alaudam, seu Galeritam, dixere, Romanis addita, quae Caesari semper fida, post devictum Pompejum, urbe est donata. Quam potentiam Caesar fretus, jam impotentius in quosvis seu jure, seu vi grassari coepit.

Invitabant Treviri Tencteros, Usipitesque transrhennanos, quorum illi quidem, a Suevis ejecti, sedes ultra citraque Rhenum querebant, magnaque se nuper clade in Menapiorum * agros transfuderant, unde jam etiam in Eburonum & Condrusorum agros, non invitatis Treveris se insinuarent, ut fortium virorum adversus Caesarem non deesset in necessitate, auxilium. Quam re Caesar intellectam praecipuum ratus, priusquam uno in corpore cum Trevericis coaluissent, exercitum adversus illos movit, primoque, licet equitum, congressu, magna parte caesorum, infelix, plenam tamen acie institit, nec procul a Mosae & Rheni confluyente aggressus, exutosque castris, aut gladio, aut a quo quis confecit. Nec moratus strato per Rhenum ponte, toti Germaniae terrorem incussit. Sed quod hostis deficeret, infinitique belli moles esset expugnare Germanos, in Britanniam fretum angustiore definitam, & Gallis saepe auxiliarem, rescisso ponte, transmissoque Belgio, Oceanoque, exercitus partem traduxit, partem Sabino & Cottae legatis ad Menapios debellandos reliquit. Eranthi Trevirorum federati, & ab Eiffliacis horum finibus, late per Rheni ripam ad oceanum penes excurrerant, Sed his in paludes silvasque abscedentibus extorqueri, praeter domicilia igne consumpta, nihil ad plenam victoriam potuit. Caesar quoque ex Britannia rebus nondum confectis reversus, distributo per hiberna milite, juris dicendi gratia (quod ex more praestabat hieme) in Galliam Cisalpinam concessit.

Treviri Induciomaro, praecipuae factionis, quae tunc urbem gemina tenebat, principe, statuerunt corripienda

* Juliaci Clivenses &c.

Tencteri Belgarum ad fines à Trev. invitati à Caesare profligantur.

Caesar frustra Rhenum transgressus in Britanniam recedit.

Menapii à legatis frustra oppugnantur.

Treviri in fa-
ctiones divi-
si Inducio-
maro autore
Romanis
bellum mo-
liuntur.

enda esse arma adversus impotentem nimis Cæsaris do-
minatum, cujus nullum viderent esse terminum, ultra
Rhenum atque oceanum exserentem sese sine fine mo-
doque; ut sibi ad omnia quietis denique necessaria quo-
que servitus parata sit. Verum ut in pace, sic in bello, al-
ter Principum Cingentorix æmulusque dignitatis, à so-
cero licet, Induciomaro dissentiebat. Quæ res Trevis
ceterum in concordia metuendis Cæsari, exitio fuit. Nam
tibi, transacta hieme Cæsar adversus Trevirorum co-
pias, in Arduenna silva, sub Induciomari auspiciis col-
lectas, venit anno V. C. 699. Cingentorix obviam Cæ-

An. V. C. 699.
Ant. Chr. 52.

Cingentorix
ex eisdem
Cæsari adhæ-
ret. unde &
Inducio-
marus dissimu-
lare cogitur.

Inducio-
marus cum Am-
borige Ebu-
ronum regu-
lo Romanos
oppugnant;
sed hic illo
feliciter.

fari profectus, se suosque in officio amicitiaque Roma-
norum futuros proficitur. Quocirca & Induciomarus
veritus, ne à suismet desertus Cæsaris potentia succum
beret, per legatos idem obsequium defert. Qui, studio
belli in Britannia conficiendi flagrans, simulati officii
delationem admisit, Induciomaro cum ducentis obsi-
dibus adesse iussit. Venit is, monitusque de fide præstan-
da, atque obsidibus retentis, dimissus est. proceres vero
Trevirorum, ut Cingentorigi faverent, Cæsar exstimu-
lavit. Quo facto Induciomarus, magis jam animo
exulceratum, quod præferri sibi æmulum videret, quam
pacis consilia meditantem à se dimisit. Ipse Labienus
ad Galliarum custodiam relicto, in Britanniam profectus
secundis aliquot præliis sui juris Insulam reddidit, vi-
ctorque sub autumnale æquinoctium reversus, ad Tre-
virorum in primis custodiam militem in hiberna distri-
buit, T. Labieno in Remorum, Sabino & Cottra in Ebu-
ronum confinio castra metantibus. His tum Ambiorix
& Cativuleus Principes imperabant, cum quibus Indu-
ciomarus ad Romanorum exitium conspirat, & hic quo-
dem Labieni, illi Sabini Cottæque expugnandi consilium
capitunt. Et Ambiorix quidem postquam vim frustra
invadendis castris (quæ firmissimis semper locis operi-
busque munitabant) admovisset, ad fraudem versus, spa-
sâ adventantium Germanorum latè famâ, simulatâ am-
icitia specie, Romanis discessum ab his suadere sinibus
cepit.

coepit, ne in illos totus iucumberet barbarorum exercitus, ubi credulos in Arduennam Romanos protraxit, valle atque insidiis clausos omnes trucidavit, paucis ad castra relapsis, qui mutuis, quàm hostilibus gladiis cadere maluerunt; stulto mortalium consilio, qui turpiter perire decreverunt, ne honestè perirent. Ambiorix hoc lætus successu, ad Q. Ciceronis, qui in Nerviiis hiemabat, castra expugnanda progressus est. Sed horum discrimini cum tempestivè Cæsar adfuisset, magnâ Eburones strage rejecti sunt.

Induciomarus Trev. Princeps, victoriâ Ambiorigis magis animatus, quam clade territus, armatum concilium indixit, quod puberes omnes more Germanorum patrio, in armis frequentabant. In curia Arduennæ, quæ Salmensi in pago, octo à Leodio passuum millibus, erecta olim fuit, hoc comitium institutum est, hostisque in eo pronuntiatus Cingentorix, ac Romanis bellum decretum. Ad quod, licet alios trans Rhenum Germanos frustra invitasset, nec universi quidem conspirarent Treviri, Induciomarus tamen intrepidus profectus est, nec castra Labieni uno loco ac die aggressus, telis cotumeliisque identidem laceſcebat, dum Labienus, receptis clam subsidiariis cohortibus, redeuntes, post oppugnationem castrorum, ad sua Treviros, emisso quaquaversum equitatu profectus mandavit, uni præcipuè Ariovisto capiendò, aut interficiendò advigilent. Quod tantâ felicitate peractum est, ut in ipso fluminis vado hærentem occupatumque trunçarint capite; quo ad Labienum delato, proſtigatisque jam sine Duce copiis, fidem victoriæ fecere.

Hac tamen clade irritati magis, quàm ad pacem compositi Trevirorum animi, ducis sui necem majori armorum apparatu ulcisci statuunt. Quare cum præter Ambiorigem recentis adhuc victoriæ ardore æstuantem, Nervios, Advaticos, Menapios ac Germanos denique ad belli societatem inflammassent; Cæsar hæc consilia celeritate interceptit, singulosque ante conjun-

Romani in
fidiis cir-
cumventi
caduntur.

Inducio-
marus quoque
improvise
circumven-
tus cum suis
cedit.

Treviri ceteros
Belgarum ad arma
concitant,
quos Cæsar
divisim celeriter premit.

V. C. 700. Ante
Chr. 51.

Idem concilium belli-
cum Galliarum indicit ab-
sentibusque ut
hostes perse-
quitur.

Menapios
superatis pa-
ludibus subi-
git.

Labienu
Treviris ar-
matis occur-
rit, castrisque
dolo evoca-
tos profligat.

tionem armorum adortus facile oppressit. In his an-
no V. C. 700. primi Nervii, quos, hieme nondum con-
fectâ aggressus, magno pecorum hominumque nume-
ro multatos, obsequentes rursus habuit. ac subinde re-
missis ad hiberna milite, concilium Galliarum indixit,
in quo cum, præter Treviros, Carnutes, Senonesque
non comparuissent; hos rebellionis notatos, improvise
milite obruit, & quamvis invitis, pacem imperavit. Ad
Menapios deinde Eburonum Trevirorumque propin-
quos versus, horum quoque auxilia intervertit. Nam
ut invicti hætenus in æter paludes substiterant; ita Cæsar
has pontibus superari posse, & concepit animo, & even-
tu docuit. Labienum ergo in Treviros cum duabus le-
gionibus ad eosdem intra limites continendos misit, ipse
copiis tripartito divisis, stratisque hinc atque inde cele-
riter pontibus, in Menapiorum abdita penetrat, ingen-
tique cæde ac clade subactos, Romanorum tum pri-
mum, quod hætenus declinaverant, adire jugum
coëgit.

Treviri interea rati Labienum à se posse opprimi,
contra movent. At ubi venisse Legiones duas à Cæsar
auxiliares intelligunt, fixis castris subsistunt, promissa-
que Germanorum subsidia operiri constituunt. Qui-
bus tamen Labienus occurrit, medioque Mosâ flumine,
bidui intervallo castra opponit, sed cum flumen pleni-
acie congregiendi facultatem eriperet, ut Treviros, an-
te recepta auxilia, trans flumen, ad pugnam evocaret,
spargit inter suos cessurum sese castris, neque Germa-
norum adventum præstolaturum, cum vix modo se-
parem hostibus censeat. Quæ cum à Gallis fama ad
Treviros manasset, & Labienus velut metuens per tu-
multum castris discederet, Treviri, in spem prædæ vi-
ctoriæque erecti, flumen raptim superant, hostemque
persequuntur. Hic cum opportuno suos loco collegis-
set, in Treviros, malè compositos ac flumine intercep-
tos, aciem convertit, qui inopinata re consternati, ma-
gisque de fuga, quam pugna solliciti, magnâ clade ceci-
derunt.

derunt. Nec Labienus substitit donec victor Trevirim in potestate haberet, ac Cingentorigi, Induciomari factione oppressâ, principatum committeret.

Cingentorigi principatus Trev. committitur.

Germani, qui auxilio venerant, clade Trevirorum cognitâ cum propinquis Induciomari, trans Rhenum recessere, cumque Ambiorigem quoque in fidem, rebus Eburonum desperatis, recepissent, Cæsar ponte infra Confluentes strato, exercitum trajecit. Sed re nulla magnopere, ad votum ultionis, præstitâ, comperto Suevorum in armis apparatu, revocatum militem, in Eburones spoliis incendiisque vastandos immisit, has Cottæ Sabinique cæforum Manibus inferias daturus.

Cæsar Rhenum frustra transgressus ad Eburonos spoliandos redit.

Jam inclinatus in hiemem vergebat annus, cum ob Clodii cædem turbatam factionibus Romam comperit, ideoque diducto in hiberna milite, in Galliam citeriorem maturat iter, propior urbi adfuturus. Quâ famâ in spem libertatis erecta Gallia, arma passim meditari cœpit. Trevis sub Cingentorige, unâ cum Lingonibus Remisque, in fide Rom stantibus, jamque Vercingentorige belli totius duce ingentes Gallorum copiarum ibant, quando Cæsar intellecta rebellionem ex Italia repente advolat, junctisque raptim exercitibus, vix opimantes, ad Alexiam Mandubiorum, nunc Burgundiæ vicum, atrocissimo Gallos prælio invadit, vincit, profligatque universos, ipso principe, cum Alexia urbe, intercepto. Erat is annus V.C. 701. quando & Sicambri superato Rheno Q. Ciceronis castra in Eburonibus improvise adorti, multisque in frumentatione cæsis cohortibus, cladem haud contemnendam intulerant. Quæ res à devictis Gallis Cæsarem in Germanos rursus trans Rhenum, sed nullo ad vincendum emolumento, incitavit. Cum Germani novo pugnandi artificio Romanos docerent, se in fuga etiam victoriam quærere, pugnantique cum hoste, non semper cum vult, sed cum opportunum est.

Absente Cæsare rebellantes (præter fidos Treveros) multi Gallorum, mox à reduce cæduntur. An. V. C. 701.

Germani rursus trans Rhenum quasi.

Cæsar igitur per Rhenum ad suos revertit. nec multo post Sicambri, tanquam bellorum alea cum Roma-

V. C. 702.
AnteChr. 49.

Rebelles
Trev. reli-
quia à Rom.
vincuntur.

Treviren-
sium factio
rectene, an
malè alita?

Cæsar Galli-
am cisalpi-
nam in duas
provincias
partitus,
Narbo-
nensem, seu

nis luderent, secuti, in Trevirorum sese etiam regiones effuderunt. ut horum multi dubitarent, adversusne Germanos, an Romanos starent? ac denique factum sit, ut in hos ferri aciem obverterint, Romanosque, quam Germanos hostes mallent. Quod cum annus, V. C. 702, rursus armis faveret, Labienum ex mandato Cæsar in Treviros convertit. qui cum equitatu illorum (quo potissimum valebant) congressus, prælioque superior proceres adversariæ factionis, in quibus & Sularius Æduorum Princeps erat, & cum his omnem deinde rebellandi voluntatem sustulit.

Porro æquo tributorum onere Treviri subesse sunt iussi; quod profuisset ex his nonnullos cum Cingentorige Romanis constanter adhæsisse, ut problema disceptantibus esse queat: plusne ab illo factiosorum hominum schismate damni Treviris datum sit, an relictum emolumentum? cum, quod ad victoriâ de Romanis reportandam obfuit, hoc ad clementiam victorum obtinendam prodesset: interque secreta politicorum sit, factiones diversarum partium nonnunquam sequaces, studiose alendas; ut quocumque in ancipiti se casu fortuna dederit, præsidium reperiat. Certè, si, ut eventu patuit, Romanis orbis imperium debebatur; Trevirensibus divisim inter se pugnasse studiis (cum nec patriam contra hostem prorsus deserere possent) saluti fuit.

Cæsar verò, quod expirante jam decenniali imperio spectaret Italiam ideoque res Galliarum quietas recteque compositas esse desideraret, ne quid ad plenam victoriam triumphandique de Galliis honorem decisset, urbes ipse præcipuas adiit, principesque muneribus excoluit, onera graviora sustulit, ac Galliam transalpinam universam in duas provincias dispescuit; alteram braccatam, seu Narbonensem, quæ interno alluitur mari, & ab Italia Varo amne discreta, ad Juræ Gebennæq; montes procurrit: unde altera, Cæsar armis Romanorum adscripta juri, quam comatam à longo capillorum usu dixit, & Treviros Belgasque omnes complexa est, provincia

vincia nascitur, Rhodano Rhenoque fluminibus terminata. Cui tributi nomine imperavit festertium quadringentis, hoc est, aureorum, plus minus, decies centena millia. Penè idem, ut Vellejus ait, quod totus terrarum orbis Romanis contulit stipendium.

Primus igitur ipse sub L. Lentulo & C. Claudio Marcello Coss. provinciam velut Præses administrare cœpit, & ne ea discedere cogeretur, pro Consulatu sibi deferendo contendere. Qua in re, cum Pompejum quoque, hætenus fautorem, nunc æmulum supremæ potestatis sentiret, ac gravissimo Senatus-consulto abire jubetur, ipse in Italiam cum una Legione profectus, reliquas deinde sequi jussit, quòd Pompejum obstinatum ad arma videret. Atque Italia brevi potitus est. unde plebs quæ Casaris honori favebat, bellumque averfabatur, M. Æmilio Lepido suffragante, supremam illi Dictatoris potestatem defert, quâ fretus cum remp. composuisset, Hispaniamque ac Massiliam Pompejanis extorsisset, positâ rursùm dictatura, in Asiam contra Pompejum, tanquam publicæ libertatis vindex, profectus est, illumque Pharsalica victum acie, in fugam vertit, mox in Ægypto perfidâ manu interimendum. Ita rerum summa cum dictatura rursùm potitus, D. Bruto, cui plurimum tribuebat, ac deinde L. Munatio Planco Galliæ Comatæ Provinciam, proconsulari potestate, per quinquennium regendam attribuit. Verùm quod Cæsar, pacatâ jam republicâ, pro more dictaturam non poneret, tyrannidis suspicionem odiumque incurrit, adeò ut optimi quoque amicorum, qui reip. libertatem unius privati hominis commodis honoribusq; præferrent, conjurantibus in ejus necem accederent, inque Pompejana curia multis confossum vulneribus trucidarent, ipso Pompei simulachro cruore occumbentis notato, ut si pro eodem ad vindictam accessisset. Adeò difficile est crescenti ambitioni, nisi in ipsâ morte, modum imponere.

braccatam, & comatam : huic, a se divictæ, ingens tributum imponit.

An. V. C. 704. ant. Chr. 48.

Cæsar Romæ dictaturam obtinet, ac hostes profligat.

Ipsè, ut tyrannidis affectator, cæditur.

Hæc anno V. C. 709. ante Christum 41. perpetrata,

B 5 mox



Triumviri
Romæ electi
Galliæ pro-
vincias cer-
tatiim ambi-
unt.

mox aliam Romanæ reip. inducere faciem, nam lecti reip. constituendæ triumviri M. Æmilius Lepidus, M. Antonius, & Octavius amici Cæsaris, & hic quidem testamento nuncupatus heres, cui & nomen Cæsaris, & post longam, pro imperio, dimicationem, hoc denique in omnes absolutum mansit; ut sub uno terrarum orbis Augusto capite, humani generis caput Servatorque Christus Jesus, expectatus dudum princeps, nasceretur.

Treviros interea Galliamque universam, quamvis hinc inde fluctuantem, perstitisse tamen Romanorum in fide, & omnium ambitione ejus post Cæsarem provincias quæsitæ esse constat. M. Æmilius Lepidus cum L. Mun. Planco, eisdem cum laude administrarunt, triumphales à reditu honores etiam sortiti, qui ad Rhodani Ararisque confluentes Lugduno urbe condita colonos eò traduxere, prorogato à Senatu imperio, ne M. Antonio cui favere credebantur, accederent. Sed hic D. Bruto & Cassio Cæsaris interfectores (ad quorū interfectionem cum Octavio conspiraverat) utraq; potitus Gallia, hanc per Fusium Calenum, & P. Ventidium rexit. Donec Caleno mortuo Octavius ex voto successit, qui sorore sua Octavia Antonio, post mortem Fulviæ conjugis, in uxorem traditâ, neglecto Lepido, cum ipso orbem terrarum partitus est, oriensque Antonio, Octavio occidentis cessit, potestate Rom. Coss. jam ad horum arbitrium redactâ. Unde Galliæ Trevirorumque imperium subinde ab anno V. C. 713. constanter penes Octavium mansit.

Octavio Au-
gusto Cæsari
occidentis
regimen ces-
sit, unaque
Galliæ &
Trevirorum.
An. V. C. 713.
ant. Chr. 38.

Inter hæc Gallia plurium annorum quiete fruita, ortis ad Rhenum per finitimos Germanos tumultibus coepit turbari, ad quos M. Vipsanius Agrippa Conf. avertendos an. V. C. 716. cum exercitu missus, fabricato ponte Rhenum superavit, infestosque Ubiis, Romanæ societatis ambitiosus, Germanos procul submovit, existimatumque ab eruditis est, Ubios eo tempore in citeriorem, quam nunc insident, Rheni ripam, ceu sedem tutiorem,

tiorem, & adversus Germanorum transitum munien-
dam, traductos. Certè haud multo post tempore id fa-
ctum, nemo negaverit.

Et Octavio, post Dalmatas Pannonisque devictos,
Galliam adire placuit, Britanniam inde petiturus. Sed
novi Dalmatarum motus tempestivè sopiendi frustra
anhelantem revocarunt; donec tandem æmulatione
cum Antonio recrudescente, ipse jam Consul III. copiis
quotquot potuit adversus illum, ex Gallia Italiaque con-
tractis, in orientem profectus, memorabili illa ad Acti-
um victoria, Antonium cum Cleopatra, rebus suis de-
sperantes, pessumdedit, anno V.C. 722. ante Christum
29. orbis deinde Dominus futurus. Quamvis enim id in oriente
sibi palam vendicare ausus non sit, ne Cæsaris invidi-
am sortemque incurreret, tamen quæ Senatum, quæ
populum, eâ humanitate largitionibusq; sibi demeruit;
ut ad hos postulatus honores, & à Senatu civibusque
Augustus proclamatus sit. Qui tamen illa moderatione
imperium admisit, ut solo illud se decennio, ad procu-
randam reip. quietem, sumpturum profiteretur, & Pro-
vincias maximè pacatas Senatus populi que arbitrio
regendas traderet, difficilius sibi vendicatis. Quæ
benevolentia specie, ut favere alijs, sic vendicatio sibi
ad turbulenta quæque componenda milite, viribus
reip. detractis, seipsum communicabat. Ut Lepidus
alique ad insidias ejus vitæ struendas parati, vigilantia
consilioque Imperatoris præpediti, desperarent; cum
gemino illum muro, amore & potentia suorum, muni-
tissimum viderent, multisque reip. magis commodo,
quàm suo imperare crederetur, quæ est prima ad re-
gnum sibi stabile comparandum via.

Octavius
contracto ex
Italia Gallia-
que milite,
Antonium
in oriente
prostravit.

Ac sibi per
hoc stravit
ad imperium
viam Augu-
stus Romæ
Imperator
dictus.

Galliam igitur, cum sibi vendicasset Augustus Cæsar, Gallia qua-
anno V.C. 726. in quatuor illam, quæ transalpes est, pro-
vincias, Narbonensem, & Lugdunensem, Aquitanicam, Augustus.
& Belgicam partitus est, quo facilius per diversos eas
Prætores regeret. Accessit his in ripa cis Rhenum du-
plex Germania, superior, quæ à summis Alpium jugis
infra

Germania
bipartita par-
tem agri Tre-
verici non
minus, quàm
Belgica com-
plectitur.

infra Moguntiam, Nava flumine apud Bingium termi-
natur; & inferior, quæ ad Rhenum Trevirorum com-
plexa partem, ad Mosam Octaviam (sic ab Augusto di-
ctam Coloniam) Tungrorum, Ubiosque, ac Menapios,
usque ad Oceanum borealem excurrit. In Belgicam
verò conjecit, quidquid ferè Mosa, Sequana, ac Matrona
fluviis, usque ad Britannicum, & septentrionale maris
litus clauditur. Quanquam & huic Treviri deinde ab hi-
storicis accenseantur. Legatos verò Prætoresque Pro-
vinciarum Cæsar, non deinde Proconsulum more, cum
Lictoribus fascibusque, ne terrori hoc fastu essent; sed
militari paludamento accinctosq; gladio, ut exercituum
Imperatores, incedere voluit, cum bellicis juxta civili-
busque deinceps præfuturi rebus essent. Quibus &
Procuratores, ad censuum vectigaliumque rationes ha-
bendas, addidit. Sed, quòd his de publico stipendium
assignarit, hoc ingenti Provinciarum factum onere, no-
varumque rebellionum fuit seminarium, ac Romanum,
ab avaritia, nomen multis invisum atque infame red-
didit.

An. V.C. 727.
Ante Chr. 24.
Augustus
Gallorum
animos arte
mitigat.

Augustus tamen ipse constituta jam Romæ rep. ni-
hil prius habuit, quam Galliam cum exercitu adire, flu-
ctantesque in fide animos, à belli consiliis ad pacem in-
flectere, moribus excolere Romanis, religionè formare,
ludis, balneis, conviviisque ad molliora feros animos
inflectere. Unde cum ad rebellantes Britannos se trans-
ferret, hi missis legatis, ad avertendam armorum vim,
ultro obsequium detulère. Hinc igitur, censu tributario
à tribus Galliis, viritim, ut creditur, habito, rebusque
compositis in Hispaniam, pari studio devinciendam
profectus est, M. Vinicio Belgarum adversus Germanos
Præsidi relicto, qui Rhenum transgressus dignam tri-
umpho victoriam ab iisdem reportavit, ac discedens Ti-
berio Neroni Augusti privigno, nec multò post M.
Vipsanio Agrippæ, Augusti genero successori, anno
V. C. 734. locum fecit, qui ad juventutem Tiberii re-
gendam maturo vir consilio adjunctus videtur. Idem
subnatis

subnatis per Galliam Germaniamque contra Tiberium
motibus, tractandorum jam non armorum minus, quam
animorum gnarus, opportunè adfuit, Trevirisque ac ce-
teris Rhenicis pacem suasit: illamque, quam, vel nu-
per, vel modò traduxit, Ubiorum gentem, ad certiore
Rheni, sui que populi defensionem, oppido firmavit,
ab Agrippina Germanici filia, Claudii Neronis matre,
in Coloniam Rom. sub ejus nomine transforman-
dam.

M. Agrippa
Treviros
componit,
Ubiosque cis
Rhenum fir-
mat.

Porro Agrippa Galliarum Germanorumque pace,
ad illustrium planè operum molitionem, maximo, cum
gentis, tum militiæ, commodo usus est. Viarum, in
humidis præsertim locis ad comneandum difficultas
ingens, non rarò profectionem, comneatumque retar-
dabat. Quare à Lugdunò Galliarum in omnes Roma-
ni imperii partes, perque Trevirorum fines tribus faci-
lè locis, vias militares regiasque (terrâ, ubi humilior,
in vallum congestâ, ubi elatior, sectâ, lapillisque densè
congestis stratâ) per longissimos deduxit regionum
tractus, hodie dum multis provinciis ad usum supersti-
tes conspicuasque; ut vel hoc factò immortale sui no-
minis decus impressum hisce terris reliquerit.

Vias milita-
res per Gal-
liam & Tre-
virosternit.

Successit M. Lollius homo cogendarum pecuniarum,
quam regundorum militum solertior. Unde Sicambri,
Usipetes, Tenctericque in arma rursus, & trans Rhe-
num faventibus incolis effusi, insigni Lollianas copias,
captâ quintæ legionis aquilâ, clade perculerunt; ut iccir-
co Augustus ad instaurandam ruinam pacemque anno
V. C. 737. in Galliam reversus sit, utroque delata à Ger-
manis federa, cum obsidibus admiserit. ac subinde ad
agendos census, deducendasque ex Romanis colonias,
atque eorum legibus formandas conversus, stabilire
hac arte pacem, imperiumque cisrhenanum sibi cona-
tus est. Existimandumque Treverim quoque id tem-
poris Coloniam Rom. effectam. Siquidem haud multò
post Petilii Cerealis illa ad Treviros oratio est: *Pacem,*
& urbem, quam victi victoresque eodem jure obtinemus,
amate.

Lollius ava-
rus Præses à
Germanis
cæditur.

Augustus
Coloniam
Trevirorum
deducit.

Tacit. l. 4.

amate. & Vespasianus suis in nummis, hac epigraphæ Trevirim ornat: *Colonia Augusta, Patricia Terverorum,* ut & ab Augusto conditam, & jure patricio Rom. fruentem, queat intelligi.

Licinius Gallus Præses Gallos auro emungit, quo Augustū demulcet.

Hæc aliaque rectè moderatèque Augustus; sed quod Licinium Gallum, libertum Julii Cæsaris, Galliis præfecerit, meliori ex nomine factum omine, quàm successu. Si quidem Gallo hoc nunquam rapaciore exactorem Galli nacti sunt, qui, cum quot mensibus tributum penderent, astrologiæ novæ artifex, annum duobus mensibus, ad auctionem vectigalium, ampliabat, cumque eâ se re ad Augustum delatum agnosceret, Licinius suâ in domo, quidquid auri argentique aderat, explicatum oculis ipsius exponit: Et, hæc, inquit, non in meos, sed tuos, ô Cæsar, thesauros deportanda, Gallorum viribus, ad rebellionem imminuendis, subtraxi. argumento, quo suam non rarò avaritiam illi provinciarum spoliatores velare conabantur. Et Cæsari hæc tam pretiosa adulatio dissimulandam iniquitatem esse persuasit, Treviris ad id genus vexationum perquam sanè impatientibus.

Drusus Augusti privignus nascentem in Galliis rebellionem prævertit, & Germaniam latè subigit.

Unde absente jam Augusto hi, cum finitimis Belgis Germanisque arma rursus libertatemque spectabant, quos tamen substitutus ex Livia privignus illius Drusus, partim Galliæ Principibus ad festa Augustalia, Lugduni juxta erectam Cæsari aram, tanquam Deo, celebranda, evocatis, partim ingenti armorum expeditione in Germanos adornatâ, evertit. Quam Rhenum transgressus ad eò secundam expertus est, ut per Usipetes, Sicambros, Batavosque progressus victor sit, Frisiiisque subactis, ad Chaucos usque classe penetrarit. Quod cum anno V.C. 742. perpetrasset, anno insequenti ad Visurgim usque latè omnia perdomuit: altero verò tercioque post, jam Consulari ornatus honore, atrocissima cum Cattis bella gessit, victoriasque ad Albim fluvium protulit, ubi Genius illi barbaræ mulieris, sed humanâ major, specie occurrit, Latioque sermone vetuit ultra tendere.

tendere. Inde (ut humanæ fortitudinis vanitatem agnoscas) umbrâ hominis territus, qui armatas acies non formidarat, morbo corripitur, atque ad Rhenum delatus, Romanis in castris, mortem juvenis fortissimus oppetiit, omnium dolore, præterquam Germanorum, qui hodieum, sicui malum optent, Drusum capiti illius imprecantur; nomen, quo pueris ipsis terrorem incutiunt. Monumentum juxta Moguntiam fortitus est, funus tamen Romam delatum, quod Tiberius Nero frater, honoris causâ, toto itinere pedibus antecessit.

Idem quoque fratri in Germanico bello anno V. C. 745. surrogatus, multos in Romanum nomen obsequiumque jurare coëgit, Trevericumque, exhaustum bellis hominibusque agrum, per citeriorem Rheni ripam deditiis Germanorum implevit. quorum nonaginta cis flumen millia traduxisse memorant: ideoque Romam ovantis subisse specie, & Consulatu ornatum. Quo tempore & Augusto in alterum decennium Romæ prorogatum imperium est, quod jam, citra hoc Senatus decretum, usurpaturus videbatur, cum, quem inter Deos sententiâ suâ collocassent, hunc hominibus deinde parere nefas esset. Ita adulatione sibi suâ Romani sensim servitutem instruebant; pedicas quas aliis fabricaverant, ipsi quoque induturi.

Ab hoc tempore ad Christum usque per quinquennium, composito, ut videtur, ad pacem orbe, silentia omnia: velut ad majoris Principis adventum pacificum suspensa natura, nil turbarum cedere auderet. Unde & Janus Romæ clausus. Anno igitur V. C. 751. (velut alii, 752.) qui erat Augusti, ab inito primum Consulatu, 42. Christus humani generis Redemptor in Decembri nascitur. Cujus tamen annus primus à calendis Januarii secutis ducitur, quando Augustus jam XIII. & M. Plautius Silvanus Coss. pronunciati sunt.

Hoc tempore per Galliam Trevirosque quies, sed Germania partim exhausta viris bellatoribus, partim muni-

An. V. C.

745. ante

Chr. 6.

Pax ante
Christi ad-
ventum orbe
toto.

An. V. C. 751.

Drusus 50.
Castellis ex-
structis Ger-
manos coër-
suit.

Ante Chr. 2.

M. Vinicius
Tiberius &
Germanicus
rebellantes
Germanos
agrè com-
pescunt.

Quintilius
Varus in
Westphalia
ingenti clade
profligatur.

munimentis à Druso excitatis coercita, necessitate ma-
gis, quàm voluntate parebat, quamcunque opportunè
rebellandi occasionem sumptura. Drusus enim ad Mo-
sam, Rhenum, Visurgim, Albim, quinquaginta amplius
excitatis castellis; quaquaversum stringebat reluctantes.
Bonna ac Gelduba Rheno impositæ eademque ad su-
perandum flumen pontibus junctæ, atque instructæ
navalibus. Ut de Germanorum libertate, jam Romani
triumphare viderentur. Nisi difficilior aliquanto esset
contra hanc gentem, tueri parta, quàm non parta occu-
pare. Nam libertatis in Germanis amor obstacula hæc
perrupit universa, vindicibus latè armis ad opprimendos
Romanos correptis. Quibus primò quidem oppositus
M. Vinicius, hostium nunc impar, nunc par virtute copiis,
quod illi pro victoria triumphoque Romæ suffecit. Ne-
que Tiberius jam ab Augusto adoptatus in filium here-
demque, atque ad debellandos Germanos missus, anno
post quarto, plus ad illos infringendos momenti attu-
lit (quamvis adulatoria, Vellei oratione res ejus gesta
extollantur) quàm, ut ingentibus copiis imminens, &
fortè etiam ad Albim usque, ut vult, proventus, diver-
sarum gentium, pacem eâ tempestate quietemque
præ se ferentium, admiserit, supplicumque obsequiis
delectatus sit. Nec Germanicus Drusi filius fortissimus
Rom. Dux, tum quidem aliud, quàm custoditis apud
Treviros Ubiosque Rheni limitibus, populos in officio
ac fide continere visus est. Qui cum Tiberium denique
ad illyricum bellum fortius urgendum securus esset, &
Quintilius Varus anno salutis X. successor, trans Rhe-
num cum Castris, Teutoburgensi Westphalorum in-
salu, consideret, Germani, Cherusci inprimis Bruete-
rique, Arminio Duce aggressi, Varum cum suis ad in-
verneconem oppresere, tribus legionibus totidemque
ais, & sex cohortibus, non procul Horna oppido, supra
Lupia Amisiaque fontes, profligatis. Quæ Augustum
clades penè ad doloris insaniam vertit, adeò ut illiso in
fores rapite exclamaret: *redde, Vare, redde legiones!*

L. Aspre-

L. Asprenas subinde in Legati munere submissus, ægre cum suis Rhēni custodiam, ne in Galliam usque virores penetrarent, sustinuit, quanquam vigilantia præsentiaque militum Rhēnicæ in officio contineret. Donec rediens, cum Germanico Nepote Tiberius instructior rursus exercitu Rhēnum transgressus, istic, velut pro excubiis, equestrium ludorum apparatu, in Augusti honorem, tempus exegit; ut jam animos Rom. non tam Germaniæ invadendæ, quàm tutandæ Galliæ Belgicæque cura stimularer; sollicitos non amplius, ut vincerent; sed ne vincerentur. Et Germanicus quidem Romam ad consulatum vocatus sua in vico Ambitarino Trevirorum, agri Meginensis (ubi nunc Monasterium Meinfeldiæ) æstiva hibernaque haud multo post, anno Christi 13. Germanico & C. Fonteio Coss. castra fixerat, ubi ex conjuge Agrippina C. Caligulam, postea Imperatorem, suscepit, quem Tacitus refert: in castris genitum, & in contubernio legionum eductum, auspicio militaris gloriæ, quam eventu meliori.

Vix tamen Germanicus exacto Romæ consulatu in castra reverterat, cum nuntius de Augusti morte & Tiberii successione allatus, non mediocrem turbationem legionibus intulit, quæ ad Rhēni custodiam certis stationibus ita distributæ, omnia adversus Germanos munierant, ut quatuor legiones Germaniam superiorem, totidemque inferiorem tenerent. Illic per Tribocos, Nemetes, Vangiones, * ac Moguntiacum Legio II Augusta, Legio XII Gemina, Pia, Fidelis, dicta, Legio XIV Gemina, Martia, victrix, & Legio XVI. innominata suis præfidiis tenebatur: hic per Treviros Bonnam, Agrippinam Novesium, Vetera, Geldubam, Legio I Adjutrix Legio XXI Legio V. Macedonica. Legio XX Valeria, Victrix, quarum singulæ senis ferè peditum millibus, trecenisque constabant equitibus, plures emeriti, cum, ob Varianam cladem, inviti militiae sacramento aucto- rati, sublato Augusto, alii missionem, alii stipendia potestarent; plures Tiberium nollent Principem, Germanicum-

Romani
Rhenum cu-
stodiunt.

Anno Chr. 12.

Dio l. 55.

Germanicus
fixis cis Rhe-
num castris
Romam ad
Consulatum
abit.

lib. 1.

Augusto
mortuo suc-
cedit Tibe-
rius.

Distributio
legionum ad
Rhēni custo-
diam.

* *Alsatias,*

Spirenses,

*& Worma-
rienses ho-
die.*

Rebellio ma-
ximè in ca-
stris Rheni
inferioris
post mortem
Augusti.

Tacit. lib. 1.
Annal.

Germanicus
dimissa Tre-
viros conju-
ge hanc agrè
componit.

*Breitheim.
Compositas
legiones ad
vindicandã
Varianam
eladem trans
Rhenum du-
cit, non sine
successu.

nicumque ad colligenda vestigalia in Galliis absentem, postularent: nec jam C. Silius Germaniæ superioris co- piis præfectus, aut A. Cæcinna inferioribus imperans suos in officio continere posset; hi verò maximè fure- rent, Germanicus advolat, sed promissis minisque ne- quicquam oblectatus, cum neque missione pluribus ob- lara, nec ex suo amicorumque ære confectis datisque stipendiis acquiescerent, Munatio quoque Plânco Le- gato Româ, ad componendum furorem, misso adhi- berent vim; ut hic deorum complexus aram, Aquilâ, que vexillum, agrè se tueretur; uxorem denique Agrip- pinam cum infante, ceu desperatis jam rebus, Trevi- ros dimisit, externamque fidem Romanæ prætulit: ipse jam suæ vix securus vitæ; ut cui ad imperium postulato, cum stricto in pectus gladio, hoc se potius interiturum, quam, invitâ Româ, recturum minitaretur, quidam acclamarent, ut feriret, miles etiam suum offerret gla- dium, addens, *hunc esse acutiorem*. Verùm tamen pu- dor denique invidiaque in Treviros, quorum jam fides præhaberetur Romanis, favorque, ex furore in Ducem immerentem, flexit; ut & quosdam rebellionis incen- tores ad pœnam dederent, & paratos ad sequendum quocumque duceret, ultro se offerrent, postquam ob- stinatos animos potenti oratione expugnasset, quâ & pristinam eorum in bellis gloriam, cum præsentem dede- core, & Augusti in illos merita facundè amplificârat.

Germanicus hoc utendum militis ardore ratus, de- ductum ad Vetera Castra, locum nunc Sanctis vicinum, postquam ad necem suorum Variana clade perempto- rum ulciscendam hortatus est, in Mauros, Cattos, Bru- ceterosque ducit, ac quidquid Lupiam inter Amisiam- que amnes est, fœdè depopulatur. Auloque Cæcinna ad Arminium in Cheruscis juxta Albim persequendum misso, ipse mari ad eosdem à tergo populos invadendo progressus, bruma jam ingruente, cœpto magis, quam confecto bello regredi coactus est. Interca apud Tre- viros confectus pons, qui Rheno instratus reduces ex- ciperet

ciperet. Ad quem Agrippina, nuper militum in se affectum experta, ut quam abeuntem omni studio retinere nitebantur, grata rursus, occurrit copiis, applausitque victricibus, ac Germanici absentis munus functa, ut quis inops, aut faucius, vestem & fomenta largita est.

Hanc expeditionem anno sequenti, qui erat Christi XVII, Germanicus omni contentione profecuturus terrarumque, per Drusianas fossas, quæ tribus circiter passuum millibus, supra Arenacum* Geldriæ, ex Rheno ad Issalam prope Drusoburgum* perductæ, navibus flumen hoc Oceanumque ingressus est, Frisiamque ac Germaniæ oram prætervectus Cheruscis, extremumque ad Albim gentibus latè terrorem incussit. At Tiberius non ignarus, quo apud exercitum loco Germanicus, quamque sibi metuendus Germanorum victor futurus esset, fingit ejus virtute sibi ad exortos in Oriente tumultus infringendos opus esse. Quâ honoris specie à legionibus abstractum, digressumque cum Agrippina, præcipitante jam hieme, Treviris Romam primò ad triumphum evocavit, Druso filio in Germanici, apud Rhenum, potestatem surrogato. Ita triumphatum de Germanis Romæ decies est, prius quam semel victi ad obsequium Rom. procubuissent. At Germanicus in Orientem missus suspicione veneni, apud Syros, Antiochiæ mortem anno Christi XX oppetiit, ingenti totius exercitus dolore, quòd supplicium aliorum sceleribus debitum, egregiis viri bellatoris virtutibus rependi viderent. Hæc nimirum infrequentia non sunt aularum præmia, in quibus invidia & ambitio, veritate atque æquitate proscripta, dominantur.

Magno illi apud Rhenum Trevirosque luctu parentatum est, arcubus etiam in defuncti memoriam excitationis, repertique hic nummi illius triumphales fuere, quales in Annalibus exhibemus, qui unâ facie imaginem curru insidentis, alterâ pugnantis præ se ferrent: illic

C 2

Germani-

An. Chr. 17.

* Arnheim

miu modo.

* Duisburg

gum hodie.

Tiberius

Germanicu

victorem

metuens a-

vocat, & in

Syriam amā-

dat, ubi ve-

neno interiit.

Ante Chr. 20.

Treviris Ger-

manici grata

memoria.

Germanicus: hic, *signis victus* inscriptum, quod de re-
ceptis Vari signis, ex Tacito, interpretamur.

Pax subinde annorum aliquot, mutuò hinc Romano-
rum, inde Germanorum metu, illis ad Rheni custodiam
Treviri cum subsistentibus his sua, non minori curâ tutantibus, ste-
Æduis, sub tisse videtur: dum hinc Treviri Julio Floro, inde Ædui
Silio Præsidi, Julio Sacroviro ducibus, illi Belgas, hi Gallos ad arma
rebellant, sed concirent, & tributorum onera, & Præsidium superbiam,
infelici exi- insolentiamque militum incusantes. Nec Romana no-
tu. bilitas utrique ducum collata, plusquam libertas pro-
pria valuit. Servire, omni illis nobilitate, visum est tur-
pius. At Romanorum vigilantiam, nondum sat firmatis
Treviri viribus, qui sua rursus factione scindebantur,

An. Chr. 22.

per Julium Indum, Trevirorum quoque, pro Romanis
stantem, Ducem, in Arduenna silva, oppressi sunt, Floro
desperatis jam rebus sua manu occumbente, ne hanc
æmulo palmam cederet.

Sua rursus
factione pre-
muntur.

Ita eodem in bello Treviri victi victoresque, plus ta-
men ignominiam, quam gloriæ retulerunt. Nec dein-
de adversus Sequanos, Æduosque C. Silio Rom. lega-
to segnem navarunt operam, quando primò quidem
equitatu suo aggressi Sequanos disiecere, post etiam,

An. Chr. 23.

Tacit. l. 4.

cum Silio adversus Sacrovirum ingenti prælio victores,
bellum eodem XXIII, quo natum anno, cum hostibus
oppressere. Silio Romæ decretus à Tiberio est tri-
umphus. Sed quod suæ plus virtuti, quam Tiberii for-
tunæ tribuisse visus, post biennium Sejani potentis apud
Imp. aulici jactatus odio, mortem sponte sua manu op-
petiit, ne mori invitus cogeretur. insaniâ, quæ id tem-
poris, pro sapientiâ, observata fuit.

C. Silius post
triumphum
opprimitur.

An. Chr. 30.

L. Apronio
furrogato,
vinci ab ho-
ste, saluti
fuit.

Submissus in officium L. Apronius, qui dum, ut non-
dum pastus vultur, avidius in rapiendum ex tributis
prædam involat, Frisios, vix dum sat jugo adfuefactos,
rebelles sustinuit, contra quos dum animosius, quam
feliciter pugnat, & magna parte militum, & tributis pri-
vatur. Corvus hians, qui dum umbram sectatur, præ-
dam amittit. Ad quæ Tiberius dissimulare damna ma-
luit,

luit, quàm sibi timendum hoc in exercitu Ducem ins-
tueri. Adeò nihil non improbitas metuit, quæ etiam
virtutem aliorum reformidat.

Labebatur jam Annus Tiberii octavus ac decimus, An. Chr. 33.
quando sub Cn. Domitio Ænobarbo, & Vitellio Nepo-
te Coss. Christus JESVS, salus nostra, annos tres & XXX.
natus, acerba Crucis morte per Judæos sublatus est,
Tiberio, ut ferunt, ad Christum divinis honoribus col-
endum, non alieno; cum de illius Apothecosi ad Sena-
tum retulisse Tertullianus sentiat. Verùm ægrè in tam
infelici loliorum segete, herba adeò salutaris potuit a-
dolescere. Christianorum tamen adversus Sejanum fau-
tor stetit, magicamque in Gallis Druidarum vanitatem,
& cruentas hominum pro aris victimas senatusconsul-
to sustulit. Quo nomine Treviri eidem, ad prima re-
ligionis semina facilius excipienda, multum obligan-
tur.

Tiberius
Christo Chri-
stianisque fa-
vet.

Ceterum parum laudatus princeps, quinto circiter
post Christi Passionem anno humana deseruit, succes-
sore post se C. Caligula Germanici filio, flagitiosissimo
mortalium relicto, ut hunc designasse sit creditus, quò
majus sui desiderium posteritati relinqueret, atque ex
aliena sibi infamia famam conciliaret. Quod politicorum
principium, ad tegendum, ad scelus scelere, & dedecore
dedecus repertum est. Treviris certè ab hoc tam probroso
alumno, Matris Fratrumque interremptore, & peste im-
perii parum ornamenti accessit.

An. Chr. 38.
Mortuo Ti-
berio succes-
sit Caligula,
malo pessi-
mus.

Galliam tamen, post exhaustam brevi Italiam, Ger-
maniamque cum exercitu, magis prædo, quàm Impe-
rator ingressus, ad centies quinquagies aureorum con-
fecit millia, procerum ditissimis ad necem quæsitis, ut
heres succederet, tanquam prodigium quoddam hisce
terris exortus ac redditus. Ad Oceanum tamen usque,
cum milite, progressus, ejus conchylia, ceu monumen-
ta subacti terrarum orbis legere, Jovique in capitolio
offerre jussit, ipse velut de substrato pedibus universo
triumphaturus. Verum ubi Legiones, quibus olim re-
bellan- Caligula ad
Rhenum
ubi natus
malo fato re-
versus. Mor-
tem hinc fu-
giens Romæ
incurrit.

bellantibus, ad Treviros cum Matre sese recipere coactus fuerat, eodem penè loci adesse iussas, & ad concionem sine armis vocatas, neci destinasset, eæque se ab exercitu circumfundi sensissent, repente ad arma provolant, insidias præoccupant, territumque, patefacto consilio, Caligulam in fugam conjiciunt. Ex qua, cum è Germania Galliisque se Romam recepisset, commune gentis odium, Prætorianorum denique militum furore

An. Chr. 42.
Caligula surrogatur
Claudius æque stolidus.

inferis, post triennem dominatum, fuit immolatus. Cui tamen perinde vecors Claudius Nero Drusi filius surrogatur. Ut totum jam Rom. imperium ad bestias damnatum videri posset. cum ratio & sapientia in Capite deficeret.

